



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 77. S. Quintini oppidum, & Ambianum a Rege captum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

potissima Nobilium pars Burgundi regi-
 men pertæsa esset. Accessit quoque Sæcul. XV.
A.C. 1470.
 Aquitanniæ Dux, qui omnibus quoque
 viribus Regi bellum adversus Burgun-
 dum persuadere conabatur; Duci enim
 offensus erat, eoquod filiam ejus matri-
 monio sibi tradi postulans repulsam pas-
 sus esset.

§. LXXVII.

*S. Quintini oppidum, & Ambianum
 a Rege captum.*

Rex harum rationum momentis expu-
 gnatus, in Mense Martio, atque Apri-
 li Turonii Procerum comitia celebravit,
 in quibus adversus Burgundiæ Ducem
 graviter conquestus exponebat, quod is
 in finibus Picardiæ plurimas urbes usur-
 passet, cum Regni hostibus infesta pepi-
 gisset foedera, ac denique Atrebatensis
 necnon Peronnensis concordiae leges vio-
 lasset. Regni Proceribus in sententiam
 Ludovici facile concedentibus, decretum
 est, Burgundiæ Duci tanquam Galliae
 vasallo diem esse dicendam, qua coram
 Parisiensi Curia causam suam defende-
 ret. Hæc Burgundo denunciandi nego-
 tium datum est cuidam Apparitori hunc
 in finem Gandavum misso. Hic vero
 Burgundiæ Ducis jussu in carcerem con-
 jiciebatur, sed tamen paucis post diebus

Y 5

liber-

Sæcul. XV
A.C. 1470

libertati assertus est. Dux, quod res erat, suspicatus, omnes suas contraxit copias. Rex vero illum ficta concordiae spe, vanisque diffidii componendi prætextibus usque ad Decembris initium suspensum tenuit, quo item Mense Baldunus Nothus, atque Arausionensis Princeps relicto Duce, ad Ludovici XI. Regis partes deficiebant. Tandem vero Connestabilis bellum ab urbe S. Quintini auspiciabatur, illamque ex insidiis occupabat; Rex quoque copias suas ad Ambianensis urbis portas admovens, ultra a civibus exceptus est. Nec tamen æque secunda Ludovico aderat fortuna, cum Abbavillam aggredi tentaret, quam urbem Crepicordius numerofo cataphractorum Belgarum præsidio opportunè firmaverat. Verum Burgundiæ Dux prospera hæc belli auspicia, licet exigua essent, in rem suam vertere adeo non intentus erat, ut etiam inimici sui clementiam exoraret.

§. LXXVIII.

*Caroli VIII. Sueciæ Regis obitus;
Stenon ejus Successor.*

Joan. magn. **E**voluto Mense Majo Carolus VIII. Suecorum Rex mortalitatem exiit; hic
l. 23. c. 9.
Krantz. 3. Stenonem, quem sibi successurum haud
Dan. 35. 63. dubitabat, enixe obtestabatur, ne coronam
Suec. 41. nam